



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

S. Arcadijs M. 12. Ianuarij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

Magnum hujus virtus solatium est, ut habeas, cui  
peccatum tuum aperiens, cum quo arcana participes, cui  
committas secreta cordis tui; ut ames & sequaris  
eum, qui tibi paternâ pietate in tristibus compati-  
tur, in persecutionibus adhortetur, & in prosperis  
gratuletur. S.Bern. tract.de Ord.Vit.

## S. ARCADIVS M. 12. Ianuarij.

**M**ore Solis virtus hoc pulchrius nitet, quo  
diutius latet. Testem ARCADIVM adduco.  
Hic sevientibus ubique terrarum in Christianos  
tyrannis, sive homo timore aliquo, sive CHRISTI  
mandato inductus, posthabitis fidei fortunis om-  
nibus, fugâ se subduxit, & aliquandiu latebras ha-  
bitavit. Sed nimis ut vinceret fugit; ex latibu-  
lis suis velut insidijs hostem expectavit. Etenim cū  
irruptione in domum factâ, & non reperto AR-  
CADIO, ad tribunal de amicis ejus quispiam rape-  
retur, continuo adfuit; circumventum inexspe-  
ctatō tyrannum graviterque increpitum jussit  
omnes pœnas in se experiri: aciem tormentorum  
instrueret tyrannus, ingenio etiam certaret in  
auxilium alios etiam tyrannos evocaret; omnes  
in subsidiis carnifex constitueret: se se vnicum  
contra omnia tormenta etiam nudum staturum,  
solâ patientiâ pugnaturum, ostensurumque ea di-  
micatione, quantum inermis Christianus omni-  
bus minis, & tormentis armato tyranno præstaret.  
Desperavit jam tunis judex de victoriâ, & senten-  
tiā tulit, quâ manibus ac pedibus mutulari AR-  
CADIVS jubebatur. Hic fixis cœlo oculis inter di-  
vinas laudes, supplicij locum magnanimus petiit,  
membra ad lanienam ipse sudavit, ipse singula  
trun-

Ian  
cui  
cui  
aris  
ria-  
cris  
  
quò  
luco.  
anos  
LISTI  
om-  
s ha-  
tribu-  
m cù  
Ar-  
rape-  
xspe-  
jussit  
orum  
ret in  
mnes  
nicum  
irum,  
ea di-  
omni-  
taret.  
enten-  
i Ar-  
ter di-  
petit,  
ngula  
trun-  
13.Ian. VITA SANCTORVM. 29  
truncanda exhibuit; itaque sanguinis sui purpurat splendidus, sine pedibus ad martyrum tamen partes transivit, sine manibus palmam tamen cepit. S.Zeno Ep.Veron.

Ejus in mundo diu velle manere, quem mundus oblectat; quem solum blandiens atque decipiens illecebris terrena voluptatis invitat. Porro cum mundus oderit Christianum, quid amas eum, qui te odit? Et non magis sequeris Christum, qui te redemit. Et diligit? S. Cyprianus de mortalitate.

S. GODEFRIDVS COMES. 13. Ianuarii

Dexxit GODEFRIDVS Cappenbergensis Comes genus suum e Regio sanguine. Prædantium suorum militum licentiam, si quisquam alias, frenavit, gnarus militum prædam Ducis esse furtum. Arcem suam in cœnobium vertit, & D. Norberti familiare transcripsit, eum omnibus fortinatis, quibus præclarum auëtarium unâ cum fratre Ottone ipse accessit. Viderunt hoc multo ante in somnis illi, qui de Cappenbergensi arce vel columnam flammandem, vel civitatem nive nitidorem in cœlum viderunt asurgere. Et verò multa, quod moram tam sanctis consiliis injiceret, molitus est cognatus sanguis, nunquam non Deo hereditatem invidens; sed ille, uti alia humana omnia, ita hæc etiam insuper habuit, conjugaque inter Sanctimoniales relatâ, Norberti institutum avidissime arripuit. In hoc accerrimus sui hostis, & gloriofissimus victor, vix quidquam cibi sumere est visus, tantum lacrimis ineibriari. Cœli cupidissimus missionem corporis accepit anno M.C. xxxvi. cum moriturus illa audisset. Exite obui am ei, & venientem e cœlo comitatum amicissime salvare jussisset.

B 3

Secundum